

pronunciandum videtur, cum nec divina, nec ho-
mana lege damnetur tale conjugium, non quidem
ad suo genere illicitum, sed parum tamen honestum
esse. Dicit autem jureconsultus: Semper in conjun-
ctionibus non solum quid liceat, considerandum, esse
sed et quid honestum. Quod si conjugium parum
honestum, concubitus plus est quam fornicatio, nec
sui proximus. An vero corrigendus matrimonio?
Potius gravi mulctâ castigandum putarim: ne a-
liis abeat in exemplum, neve in matrimonio flû-
ctus conscientia, et liberi videantur, si non illiciti,
se, inhonesti tamen procreati. Quod autem ho-
nestum non est, ejus vel nulla vel rarissima ex-
empla committenda sunt: Salvo meliore aliorum
judicio. B. V. 28. Augusti 1604.

44.

Illustrissimo Principi ac Domino, Domino
Christophoro Radzivil, Duci Birsa-
rum et Dubinkis in Lituania,
Sacri Rom: Imperii Principi.

Gratia à Deo Servatore nostro.

Duas res, princeps illustrissime, mi homine per,
αγορόφω Deus opt. Max. initio posuerit, quibus
ad conditorem suum proximè accederet et non
modò ipse vitam beatam transigeret, sed et omnia
alià sibi subdita providè ad bonum dirigeret: hâ-
men recte rationis in arce mentis humana circa
res divinas et humanas contemplandas, et αγορίζω
virtutis in voluntate et corde circa easdem fruen-

das et moderandas. Effi autem tanta bona in homi-
ne per peccatum elisese, et scriptura testetur, et sen-
sus noster loquatur: tamen placuit Deo in finalis pre-
stantiae quasdam ~~reliquias~~ reliquias, quasi collapsi Palli-
ti exigua rudera in nobis conservare, quibus ad recogno-
scendum ipsum manu diceremur. Placuit etiam in
Christo filio suo per vocem legis et Evangelii nobis
monstrare quasi post liminibus ad se reditum, et quod di-
citur, restitutionem in integrum. Maxime radios pri-
migenae dignitatis illustres refulgere voluit in men-
tibus et actibus Principum, quos alio suo loco qua-
bernandis praefecit, et ideo Deorum nomine dignatus
est. Principibus ergo viris duobus rebus supra
alios excellendum est, et vera excellentia datur:
Sapientia et prudentia. Sapientia majestatem concili-
at, prudentia gubernationem dirigit. Utramque dicimus
eam tantum, quae ex scriptis aut historiis sapientum
habetur, quae multis in vita opinionem virtutis per-
perit, post funera nihil profuit, nulli minus eam,
quam B. Jacobus enixior vocat $\Psi\alpha\lambda\mu\alpha\iota\upsilon\upsilon$, sed eam,
quam idem vocat $\delta\omega\delta\epsilon\upsilon\ \tau\alpha\lambda\epsilon\gamma\sigma\alpha\iota\upsilon\upsilon$, quae supernè de-
scendit: sanctam, pacificam, moderatam, tractabilem,
plenam fructuum bonorum. Utramque tibi, Prin-
ceps Illustrissime, summa cura esse ut consequaris,
et in gubernatione tua spectatam facias, constans
ferè de celsitudine tua bonorum opinio, eoque tum
documentis prioribus, tum eo, quod ex tua misere-
ris ad me literis observare licuit, omnino persuasum
habeo. Verbo dicam. Cujus est omni studio, labore

ac sumtu providere, ut Ecclesia Dei Doctores, Reipublice
sua consultores idonei nunquam desint, nisi sapien-
tibus atq; prudentis Principis? Ad hanc Consuetudinem
Tuam maxime curare, testatum faciunt non pauci
egregii juvenes, qui doctrina purioris capefenda
gratia in Academia nostra liberalitate Celsitū-
dinis Tuae haec usq; versantur, cum primis duo opti-
mae spei nobiles adolescentes, Thomas Volanus, et Jo-
hannes Weinovius, qui cum Clementissima Celsitū-
dinis Tuae commendatione ad me nuper accesserint
quosq; nunc habeo domesticos hospites, ut studia
et vitam eorum quotidie habeam in oculis: In utroq;
deprehendo singularem P. Aequā Deum, ut sperandum omni-
no videatur, Cels. Tuae consilio atq; parentum suorum
expectationi proclare aliquando esse satisfacturo.
Gratiam vero Celsitudini Tuae video me debere immorta-
lem, quod in remotissimis illis oris inter plurimos
clientes me unum quoq; duxerit: ad quam referenda
cum nihil in veniam aliud (quid enim officia estu-
dia verbis polliceat, quae cum re ipsa praestare ma-
ximè cupiam, vix possim.) Deum Opt. Max. toto
pectore invoco, ut Celsitudinem Tuam Spiritu sapi-
entiae atq; prudentiae indies complectet, quo Celsitū-
dinis Tuae auspiciis Ecclesia Christi et purior re-
ligio isthuc magis magisque succrescat, Respub. Lituaniz
ca tranquillitate, omneq; genus bonis efflorescat.
Vale Princeps Illustrissima, meq; Tuā Clementia
potius complecti dignare. Heidelbergae 3. Nonas
Decemb. Julian. Anno Servatoris nostri 1604.

J. Piscatori.